

in magna tristitia et dolore multo
 et hoc in passione: in toto illo tri-
 duo in quo ipsum non viderunt. et
 ad hoc pertinet illud quod dicit.
Modicum et non videbitis me. Et il-
 lud quod sequitur. Amen amen
 dico vobis. quod plorabitis et flebi-
 tis etc. **T**ercius status est in quo ha-
 buerunt gaudium; sed semiplenum
 et hoc pro christi resurrectionem. Gau-
 debant enim de hoc quod christum
 presentialiter videbant; sed plene
 gaudere non poterant. quod sciebant
 quod modico tempore. scilicet diebus cum
 eis moraturus erat. et ad hoc perti-
 net illud quod dicit. Iterum modicum
 et videbitis me. Et illud. Vos
 autem tristabimini; sed tristitia
 vestra in gaudium mutabitur.
 Quod autem verba sic sunt intelligenda
 sicut Augustinus. Modicum tempus fuit
 in quo non viderunt eum. videlicet il-
 lud tribuum in quo in sepulchro
 quiescit et iterum modicum quo eum
 viderunt. scilicet illi quadraginta dies
 in quibus sepius post resurrectionem
 suam eis apparuit. **H**ec autem
 verba infantum erant obscura:
 quod ea intelligere non poterant et ideo
 dicebant. Quid est hoc quod dicitur
 vobis modicum etc. **D**ivinus autem tri-
 plex erat causa. **P**rima scilicet **T**ristitia.
 propter eorum tristitiam que amove-
 bat a mente eorum ea que diceban-
 tur. **A**lia autem erat scilicet eundem
 contrarietas que erat in verbis do-
 mini dicentis. videbitis et non vi-
 debitis. **T**ercia erat. quod credebant

quod eis parabolice loqueretur. sicut se-
 pe facere consuevit. **Q**uartus status
 est in quo habuerunt plenum et
 perpetuum gaudium. hoc est in re-
 dei visione in qua modo sunt. et ad
 hoc pertinet illud. Iterum autem
 videbo vos et gaudebit cor vestrum.
 et gaudium vestrum nemo tollet
 a vobis. **S**ecundum enim **A**ugustinum
 illud intelligitur de gaudio beate
 visionis illius de qua dicitur **Jo-**
his. iij. Cum apparuerit similes ei
 erimus. quod videbimus eum sicuti
 est. **I**llud enim gaudium nunquam
 tollitur: nec sumitur. **A**ugustinus ibi dicit
Ibi est finis qui sufficit nobis. E-
 terneris igitur erit. **N**ec enim suffi-
 cit nobis finis: nisi cuius non est
 finis. **I**tem autem quadrupliciter
 statum apostolorum ostendit dominus
 per similitudinem; mulieris pregnan-
 tis et parientis. **T**alis enim muli-
 er potest quadrupliciter considerari.
Primo potest esse pregnans. et tunc
 est in multo timore. **S**ed enim timet
 ne fetus eius peat. **E**t huic respondet
 primus status apostolorum in quo
 sepe timebant ne christus ab eis rece-
 deret. **S**ecundo potest esse in partu et tunc
 est in multo dolore propter ventris
 cruciatum. et huic respondet secundus sta-
 tus apostolorum in quo fuerunt in mul-
 ta tristitia tempore passionis christi. **T**er-
 cio potest esse post partum. et hoc dividit
 tur in duo. potest esse post partum
 et tunc habet gaudium semiplenum. et huic
 respondet tertius status apostolorum post
 resurrectionem christi semiplenum